

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Meditationum evangelicarum pars secunda, hoc est:
Solida, ad descendam & exercendam, ex evangeliis tam
dominicalibus quam festivalibus Christi & sui-ipsius
notitiam, informatio**

Creide, Hartmann

Francofurti ad Moenum, 1682

Exordium

[urn:nbn:de:bsz:31-126164](#)

Dominica VI. post Epiphanius.

collocutus esset , splendebat cutis faciei ejus, ex confortio sermonis Domini. Propterea timebant Iraelitæ proprius accedere, ille autem velamen posuit super faciem suam, locuturus cum Israëlitis, Exod.34,19.

Hoc & Christus Salvator fecit, & discipulos prohibuit, de hac transfiguratione dicere, ad nostram instructionem, ne ob dona à Deo accepta superbiamus, aut critis tollamus: sed velamine humilitatis ea contegamus, & ad gloriam Dei & proximi emolumenntum usurpemus. Luc.18,v.14.

Interea idem nobis accidit, quod Judæis; qui templum intrare volebat, tenebatur ante in atrium venire: Sic cœlum est

templum pulcherrimum & magnificentissimum, in quod Christus ante nos ingressus est, Hebr.9,v.12. Tantis per vero in atrio Ecclesiæ militantis maneamus oportet, & per verbum & sacramenta in fide crescamus, donec in verum illud templum perveniamus, ubi Christus in clamabit nos: Ascendite ad me, Apoc.1, v.12. Ibi complebuntur dies luctus nostri! Esa.60. v.20. Angelis & Archangelis nos cum jubilo excipientibus, & dicentibus: Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna &c. Apoc.7. v.14. & seqq.

Largiatur hoc nobis Deus Opt. Max. per Filium suum Jesum Christum, Amen.

Dominica Septuagesima.

Evangelium Matth.20, v.1, -- 16.

EXORDIUM.

DE Abrahamo legimus, quod duos habuerit filios, alter vocatus est Ishaël, ex Agar ancilla natus, quam uxor Sarä, hactenus sterilis ei dederat, ex se liberorum generationem vix sperans. Alter appellatus est Isaac, quem postea suscepit, ex Sarä libera, cum illa jam nonaginta, & Abraham centum annorum esset. Quia vero Sarä videbat, Ishaëlem irrisorem, dixit ad maritum suum: Ejice ancillam hanc, & filium ejus: non enim erit hæres ancillæcum filio meo Isaac. Dure hoc accepit Abraham pro filio suo, at dixit Deus: Non tibi videatur asperum super puerο, & super ancillæ tua, omnia, quæ dixerit tibi Sarä, audi vocem ejus, quia in Isaac vocabitur tibi semen. Gen.21,v.10.

Hæres sunt per Allegoriam dicta, Gal.4,24,

Abraham interpretative est pater multorum gentium: Sic Deus est pater omnium, qui super omnes, & per omnes, & in omnibus, Eph.4. v.5-6.

Sicut igitur duos ille habuit filios, Ishaëlem ex ancilla, juxta carnem, Isaacum vero ex Sarä libera juxta promisum natum: sic etiam cœlestis Pater, Deus, duas in Ecclesia gentes habet.

1. *Carnales*, qui spiritum servitutis habent. Rom.8,v.15. Operibus suis nitentes, iisque cœlum permereri satagentes, unde cum Deo expostulant: Quare jejunavimus, & non adspexit? affliximus animas nostras, & nescisti? Esa.58,v.3. Hi illi sunt, qui ignorant justitiam Dei, h.e. eam justitiam, quam filius Dei perfecta obedientia sua nobis acquisivit: sed quarunt justitiam.

Dominica Septuagesima.

99

tiam suam statuere, Rom. 10. v. 3. quæ tam
men coram Deo est, quasi pannus menstru-
atæ, Es. 64, 6. nec misericordiam provocat,
Judith. 8. v. 12. Job. 9. v. 3.

2. *Spiritualis*, qui ex fide Abrahæ sunt,
& in misericordia divina unicæ salutem suam
fundant, quam nobis in filio suo Jesu Chri-
sto promisit. Quemadmodum Abraham
& Sara naturaliter ratione sene&tutis nul-
lum filium amplius sperare poterant, & ta-
men promissione Dei nixi, Deo gloriam
dabant, plenissime scientes, quia quæcunq;
promisit Deus, potens est facere, ideo &
reputatum est eis ad justitiam, Rom. 4. v.
16. Unde quoque Paulus, Eph. 2. v. 8. 9.
Gratia salvati estis.

Idcirco Ismael excludebatur ab hereditate
Abrahæ: Isaac vero hæres ex æsse era-
rat, omnium paternorum bonorum, ut in-
dicaretur, justitiam non venire ex lege: sed
per fidem, in omnes & super omnes, qui in-
tuntur verbo promissionis. Rom. 4, 4. &
seqq.

Quodigitur per duos Abrahæ filios
præfiguratum legimus in V. T. idem in ele-
ganti parabola nobis Christus ob oculos
ponit, quando regnum cœlorum in Evan-
gelio præsente cum vinea comparat, in qua
diversi operarii offenduntur. Nonnulli
confidunt in eo, quod portaverint pondus
dies & æstus, & flagitant mercedem ex me-
rito: Nonnulli vero in gratia Dei acquie-
scunt, boni consulentes grossum gratiæ,
juxta conventionem patriæ familias. Nos
absque ulteriore prælimine ipsum Evange-
lium accedemus consideraturi pro institu-
tione nostratione:

I. Αρθρωπολογίαν, sive notitiam nostri.

II. Χριστογνωσίαν, sive notitiam Christi.

J. J.

Exegesis.

HOdiernam Dominicam olim *Septua-*
gesimam appellabant, quia si ab ea nu-
meres, præter propter septuaginta dies sunt
usque ad resurrectionis festum, Domini
nostræ JESU Christi: sicut & sequen-
tem Dominicam *Sexagesimam*, huic suc-
cedentem *Quinquagesimam*, & porro se-
quentem *Quadragesimam* dicerunt. Ex
quo colligere possumus, quanto pii Veter-
es desiderio festi Paschatos flagravit, ut
ferme omnes dies numeraverint, dum *la-*
tum Resurrexit in Ecclesia cecinerint.

Nos quoque non multos felices dies in
hac miseriæ valle numerare possumus:
Dies enim annorum nostrorum in ipsis
septuaginta anni: si autem in excellentia,
octoginta anni: & latitudo eorum labor
& dolor. Psalm. 90. vers. 10. Sed si
Jesum nobis faventem habemus, in me-
dia passione *Latare* celebrare possumus,
& cum Palmarum ramis Domino obvi-
am procedere, qui olim tanquam sym-
bola victoriae adhibiti sunt, 2. Maccab.
10. vers. 7. Longe enim vincimus pro-
pter eum, qui dilexit nos, Romanor.
8. vers. 37. Et victoria, quæ vincit mun-
dum fides nostra est, Johan. 5. vers. 37.
Usque dum perpetuum Pascha in vita æ-
terna celebratur, latum illud *interviu*
canamus: Ubi est mors victoria tua?
Ubi est mors stimulus tuus? D E O

N 2 au-